

guer. Henricus, & alii nonnulli. Alii tandem communiter dicunt...

449 Primo Dicendum est, hoc preceptum per se aliquos obligare...

Verum quavis hac ratio, qua passim Recentiores utuntur, sit congrua...

Denique adhuc evidentiis id deducitur ex Trid. sess. 14. c. 5. ut idem Amic. advertit...

clera determinato; quando enim Ecclesia constituit tempus...

450 Nec fundamentum oppositae sententiae urget, quavis enim hoc sit preceptum affirmativum...

451 Secundo Dicendum est, tempus determinatum obligationis, vel adimpletionis huius precepti de iure divino non esse statim post peccatum commissum...

452 Tertio Dicendum est, neque determinatum tempus obligationis huius precepti esse, quando ex illatione confessionis oritur...

Dices, utique iure divino tenetur omnia mortalia peccata cum suis necessariis circumstantiis confiteri...

Respondetur ex modo dictis, ad integritatem Confessionis sufficere...

valet

valet adducta paritas de eo, qui timeret, se non amplius Confessarii copiam habiturum...

453 Quarto tamen dicendum est, preceptum Confessionis ex vi sua non solum obligare in mortis articulo...

QUESTIO DECIMASEPTIMA.

An ut Confessio sit sacramentalis, & valida, debeat esse secreta.

454 Hic ab initio advertendum est, duplex esse Confessionis secretum unum, quod tenetur servare Confessarius...

455 In hac controversia tres sunt Scholasticorum sententiae, duae externae, & una media; Prima extrema docet, conditionem secreti esse de essentia confessionis...

ubi plures infirmi simul jacent tempore pestis, vel in repentino incendio, terrae motu, naufragio, & similibus...

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Questionis.

456 Pro huius Questionis resolutione, quae non est adeo parvi momenti, uti quidam exillimare videntur, eam sicco pede praereuntes...

Resp. Suarez loc. cit. Concilium ibidem dicere, Christum non prohibuisse confessionem publicam, si penitens voluntarie illam facere velit...

Sed plene Concilium dum inquit, modum secreto confitendi non esse alienum ab institutione, & mandato Christi...

457 Sed plene Concilium dum inquit, modum secreto confitendi non esse alienum ab institutione, & mandato Christi, non tantum significare voluit, non esse contrarium, nec repugnare divino precepto...

tamen

tamen publicam, licet eam non prohibuerit, sequitur, eum inter-
dixit confessionem secretam, tanquam modum regularem, & ordi-
narium eum exercend. licet in quibusdam casibus, & circumstantiis
aliter fieri possit.

457 Secundo Dicendum est, quod quamvis Christus instituerit
modum confitendi secretum, tanquam modum Confessionis regu-
larem, & ordinarium, ac per se convenientiorem, non tamen ille
modus de essentia, & necessitate simpliciter Confessionis sacramen-
talis. Hec assertio est contra primam opinionem ab initio questio-
nis relata, & clare deducitur ex Trid. cit. sess. 14. c. 5. ubi sic loquitur:
*Ceterum quoad modum confitendi secretum ad id solum sacerdotem, et si humiliter, et ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiam officii
edificationem delicta sua publice confiteri possit, non est hoc tamen divi-
no mandato preceptum*, ita Concil. quibus verbis clare innuat, quod
confessio secreta utique instituta est Christo sub obligatione, non
tamen publica, licet neque hac vetuerit, fieri posse in aliquo casu
necessitatis, & ob aliquos fines particulares ultra absolutionem ob-
tinendam; Neque sic tamen institutus est necessarius modus iste
secrete confitendi, quod non possit penitens renunciare tali modo
sive iuri suo, quia ob eius famam, & quietem facti confessionis, quae
renunciatio licita est penitenti, ut ex Coacilio constat, esseque con-
sona iuri naturali, divino, & Ecclesiali. Confirmatur, quia quam-
plura habemus circa sacramenta a Christo Domino instituta, quae
tamen non sunt de essentia, & Ecclesiali. Confirmatur, quia
absoluto loquendo, sed tantum ordinari, & regulariter, sic a Chri-
sto Domino Ecclesia accepit modum orandi, & gratias agendi, & be-
nedicendi ante Eucharistiae consecrationem, ipse enim gratias agens
benedixit, fregit &c. & tamen si absque his omnibus fieret conse-
cratio, profecto valida esset, quia de essentia sacramenti nihil aliud
est, quam materia, forma, intentio Ministri, sic ergo in proposito
quamvis a Christo Domino huius confessionis modum Ecclesia ac-
cepit, nec potest Ecclesia illum abrogare, vel immutare nihilomi-
nus si confessio in aliquo necessitatis casu, aut alia rationabili de
causa publice fiat, adhuc erit vera, & sacramentalis confessio, si
reliquit, quae habent rationem materiae, & formae, non deficiant
ut magis constabit ex asserto sequenti.

458 Tertio Dicendum est, confessionem in publicam factam Sacerdoti
in aliquo necessitatis casu, vel alia rationabili de causa, si cetera ad-
eum, esse validam, & sacramentalem; Hec etiam assertio est contra
primam opinionem ab initio questionis relata, & clare deducitur
ex Conc. loc. cit. ubi dicit, Christum non prohibuisse confessionem
publicam, si penitens illam facere velit, licet solum secretam praece-
perit, ut regulariter, & ordinari facendam, & satis patet, Concil.
ubi loquitur de Confessione sacramentali. Confirmatur, quia ad sunt
aliqui casus, in quibus confessio est facienda, & tamen secreto, & soli
Sacerdoti fieri non potest, ut quando confessio fit per Interpretem,
certum est enim talem confessionem, si fiat, validam esse, & sacra-
mentalem, sive homo teneatur sic confiteri, ut dicebam, esse autem
non potest, sive non; Alius casus est, in articulo, vel periculo mortis, ut in
bello, vel in naufragio, vel in aliquo loco peste laborante plures con-
fiteri velint, & non possint, nisi aliis videntibus, & simul confiten-
tibus, certum est enim, has, & similes confessiones validas esse, & sacra-
mentales. Ratio tandem a priori est, quia licet confessio fiat sine
secreto, adhuc potest esse vera accusatio ex dolore cordis perfecta, &
per illam dari Sacerdoti sufficientis noticia, ut possit de peccatis ju-
dicare, ergo etiam in aliquo necessitatis casu alii interfuit, & au-
diant, adhuc validas Confessionis salvari potest.

Resp. Faber nosse loc. cit. Concilium ibi non loqui de confes-
sione sacramentali, sed de confessione, quam quis facit in vindictam,
& penam propriorum peccatorum, & sui humilitionem; inquit enim,
Christum Dominum talem confessionem non vetuisse, sed
non dixit, talem confessionem esse sacramentalem, imo manifeste in-
nuat, non esse talem, cum dicit, non cadere sub precepto, confessio
autem sacramentalis cadit sub precepto. Ad confirm. ait, confes-
sionem per Interpretem factam, ex natura sua non esse sacramen-
talem, nec penitentialem, ut ait Scotus, ideo Sacerdos non absoluit pen-
itentem in hoc casu, ut Minister sacramenti, sed ut Iudex, & Mi-
nister publicus in foro externo, nam Ecclesia data est potestas ab-
solvendi in utroque foro, & ita absolutio valet etiam in Caelis, sicut
sacramentalis, & ita etiam respondet, ad alium casum de pluribus
existentibus in naufragio, vel loco peste laborante, qui non possunt
confiteri secrete. Ad rationem demique inquit, non sufficere illas
duas conditiones, ut manifestet peccata, & eum dolore cordis, sed
requirit insuper modum hunc, scilicet, ut sit secreta, quia hic re-
quiritur esse essentiali institutione ipsius, ut est sacramentalis.

459 Sed falsum omnino est, Concilium loc. cit. de confessione sa-
cramentali non esse locutum, ibi enim loquitur de Confessione in
generi, esse accusatioem ipsius, eamque distinguit in publicam, &
secretam, docens, solum secretam esse preceptam, non vero publi-
cam; ex quo minime sequitur, quod non secreta non sit sacramen-
talis saltem quoad substantiam, sed solum quod non cadat sub divino
precepto; si namque Sacerdos absolvat sine consentiente, fiat sacra-
mentum, atque ideo erit valida, & sacramentalis confessio con-

sessio sacramentalis est accusatio sui ipsius in ordine ad absolutio-
nem sacramentalem; quando ergo adus ille esset ex intentione sus-
cipiendi sacramentum, tunc illa peccata cum dolore conscientia,
etiam si publice, essent materia proxima absolutionis, atque ideo ni-
hil deficeret ad rationem sacramenti requisitum, esset alii huius
idem a Concilio enumerati talis publica confessio non sit sacra-
mentalis; Et quamvis confessionem secretam ibi praecipue sacra-
mentalem appellet, non ob id negat, publicam quoque esse talem, sed ea
praesertim sacramentalem vocat, quia a sanctissimis, & antiquis-
sime Patribus magno, unanimi consensu fuit semper comenda-
ta, & quae ab initio Ecclesia sancta usata est, & modo etiam utitur, &
quia cadit sub aliquo divino precepto, non autem illa; Quod vero ait
dicitur Faber, confessionem a pluribus factam alius auditibus tempore
naufragii, vel pestis, aut magni terremotus, esse quidem validam,
non tamen sacramentalem, nec Sacerdotem tunc absolvere peni-
tentem, ut Minister sacramenti, sed ut Iudex, & Minister publicus
in foro exteriori, & ea auctoritate, quae absolvetet habens auctori-
tatem in foro publico, esse plane contra omnium sensum; Fideles enim
sic decedentes ex hac vita in illis necessitatis casibus firmiter credit
decedere cum Sacramento penitentiae, & sacerdotis ipsi tunc tem-
poris intendunt, esse constitutibus sacramentalem impendere ab-
solutionem ejus formam proferendo; Quod si aliter esset, in magnum
veretetur fidelium sic decedentium detrimentum, quia attritio cum
sacramento conjuncta sufficienter esse ad delenda peccata, non autem
extra sacramentum, unde si aliquis in illis casibus solum de suis pec-
catis attritionem haberet, non vero contritionem, veniam illorum
non consequeretur. Nec satisfacti, quod ait Faber, Ecclesiae datae
esse potestatem in utroque foro absolviendi, & illam absolutionem
licet ad alios fines a Concilio relatos conferre possit, ut ad sui hu-
militionem, aliorum exemplum, Ecclesiae adificationem &c. qui
tamen fines non sunt sacramentalis, redundant enim omnes ex co-
fessione illa, ut notificet peccata alii publice, qui non habent po-
testatem iudicariam absolviendi. Non in ordine ad absolutionem
autem penitentis est absolutio capax, & confessio est sacramentalis
ex praesertione, quae dirigitur ad Confessarium pro informatio-
ne danda, & absolutione obtrudenda; non vero ex ratione, quae fit pu-
blice, & ad alios dirigitur, nullam habentes potestatem iudicariam
absolvendi, unde ex hac parte confessio dici non debet, nec potest
sacramentalis.

ARTICULUS SECUNDUS.

Ojectionum Solutio.

462 IN Oppositum arguit Faber l. c. probans confessionem pu-
blice factam, sive in casu necessitatis, sive alia rationabili
de causa, nullatenus sacramentalem esse, & Remo sic arguit, prae-
ceptum Confessionis intrinsece includitur in institutione sacramen-
ti penitentiae; sed sola confessio secreta potest edere sub huiusmodi
precepto, ergo sola confessio secreta est de institutione huius sa-
cramenti, atque ideo ipsa sola sacramentalis; Major patet ex insti-
tutione huius sacramenti, ex eo enim, quod Christus fecit Sacerdo-
tes iudices peccatorum, & peccati est occultum, teneatur ipsi pec-
catores sua peccata confiteri, & aperire Sacerdoti, quo remissionem
& absolutionem obtineant; Minor probatur, quia praeserta legis
positivae de vine non desunt, nec tollunt praeserta legis naturae,
sed illa confirmant, & declarant; at confiteri peccata publice est
contra legem naturae, quia unusquisque obligatur suam famam tueri,
& contra charitatem erga seipsum, ergo praesertum, quod ex vicia-
litate huius sacramenti penitentiae in ipsa includitur, non est
de Confessione, ut absolute fiat, sed ut secrete fiat, atque ita Con-
fessio est sacramentum a Christo institutum, est confessio secreta
non publica. Confir. quia certum est, non quicumque confessionem
permittere ad hoc sacramentum, sed illam tantum, ad quam homi-
nes obligantur ex institutione illius; omnes autem teneantur, & est
de fide, confessionem publicam non esse de essentia huius sacra-
menti patet ex Trid. sess. 14. cap. 5. confessio autem, quae includitur
in institutione huius sacramenti, obligat omnes ad illam; ergo haec
confessio est tantum, quae est secreta, quia non dat medium
inter confessionem publicam, & secretam.

463 Resp. institutionem sacramenti penitentiae posse considera-
ri dupliciter, vel quantum ad substantiam confessionis sacramen-
talis, vel quoad modum, & tunc ad maiorem cum ejus probatione
dico, praesertum confessionis intrinsece includi in institutione sa-
cramenti penitentiae quoad modum considerata, non autem quoad
substantiam, ad maiorem vero cum ejus probatione dicendum
est, quod licet magna difficultas consistat in publica causa fuerit, cur
Christus talem confessionem publicam non praesertit, tamen suffi-
ciens non fuit, quin Christus instituerit, quod si quis voluntarie
illam faceret, esset valida, & sufficienter ad absolutionem sacramen-
talem recipientem. Ad Confir. negatur major, nam enim est, illa
tantum confessio non ad hoc sacramentum pertinere, ad quam ho-
mines obligantur ex illius institutione, nam ad illud pertinet quo-
que illa, quae in eorum libertate relicta est ex eius institutione quoad
substantiam considerata; & falsum etiam est, confessionem, quae in
Meth. in Quart. Sentent.

cluditur in institutione huius sacramenti quoad substantiam con-
siderata, obligare omnes ad illam, illa enim tantum obligat, quae
in eius institutione includitur considerata quoad modum, quo regu-
latur fit, & utitur Ecclesia, haec enim tantum cadit sub precepto,
ut patet ex superius dictis.

464 Secundo arguit, in Ecclesia est duplex forum, scilicet secre-
tum, & publicum, sive sacramentale, & contentiosum, ad primum
spectant peccata secreta, ad secundum spectant peccata publica, vel
secreta ad publicum deducta, & in hoc foro publica etiam Ecclesia
facultatem habet dimittere peccata, & puniendita quoad dimis-
sa in hoc foro sunt quoque dimissa apud Deum, ut deducitur ex
verbis Christi Matth. 18. *si peccaverit in te frater tuus, & sequitur
tandem; Dic Ecclesiae, ubi dat auctoritatem Ecclesiae, id est, Prae-
latis iudicandi in casibus peccatorum publicis, & tandem subdit,
Amen dico vobis, quae cumque alligaveritis super terram, erunt liga-
tae in Caelis, & quae cumque solveritis super terram, erunt solutae in
Caelis*. Ex quo constat, Deum approbare iudicium, & solutionem
ab Ecclesia factam in foro publico, & dare auctoritatem Ecclesiae
excommunicandi, & excommunicatione absolvendi. Ex quo sic
arguitur, peccata publice confessio non amplius pertinet ad forum
internum, & sacramentale, sed externum non ergo pertinet ad hoc
sacramentum, neque ad ministros Ecclesiae, ut sunt Ministri huius
sacramenti, sed ut sunt Praelati, & peccata omnia tam publica, quam
privata solum quatenus secreto confitentur, pertinent ad hoc for-
um; absolutio ergo publica peccati non est sacramentalis, sed est
Ecclesiastica, seu fori publici, ut Episcopi, & similia, quam do-
ctrinam ait Faber esse Scoti 4. dist. 19. art. 5.

465 Resp. gratis concedendo, in Ecclesia duplex forum ex-
tremum, & publicum, seu internum, & externum, sed nec Scotus
l. c. nec ullus Doctor, quem videtis, ait, Ecclesiam in hoc foro pu-
blico auctoritatem habere dimittere peccata, sed bene illa pu-
nienti, & corrigendi per censuras, quando ad forum externum
sunt deducta; censura enim est pena spiritualis, & medicinalis pri-
vans usu aliquorum spiritualium bonorum imposita per Ecclesiam
potestatem, ut fidelis baptizatus a contumacia discedat; Et in hoc
foro clauditur Ecclesia, inquit Doctor l. c. id est, communio fidelium
& aperitur per absolutionem ab excommunicatione; si re-
conciliationem, non ergo Ecclesia in foro externo, & publico auctori-
tatem habet absolviendi a peccatis, sed tantum a censuris, quae per
nonnulla enormia peccata incuruntur, peccata vero ipsa non nisi
per sacramentalem absolutionem dimittuntur, etiam quando pu-
blice sunt confessi; tunc enim Sacerdos ea dimitte verba ab-
solutiois sacramentalis proferendo, non aliter, nec alio modo, & in
virtute sacramenti penitentiae, cuius materia sufficienter sunt pec-
cata cum dolore Sacerdoti manifestata, sive secreta, sive publica,
unde omnino negandum est, peccata ad forum externum deducta
non amplius hoc sacramentum egere pro eorum absolutione; nam
Ecclesia in hoc foro potestatem non habet dimittere peccata etiam
ad formam talem deducta quoad culpam, sed tantum quoad pena,
hoc est, a censuris absolviendi per talia peccata incursum, quoad cul-
pam vero dimittere per sacramentalem absolutionem, & a Mi-
nistris Ecclesiae, ut sunt Ministri huius sacramenti; Et hoc totum
expressis significat Doctor l. c. cum inquit, quod illae claves Ecclesiae
sive in foro externo non sunt eodem modo, & clavibus fori interni, quia
istae separantur ab illis, ut potest in habentibus jurisdictionem secun-
dam ordinem in Ecclesia sine Sacerdotio, ut in Archidiacono,
& quibusdam aliis habentibus jurisdictionem sine ordine sacerdo-
tali, & e converso, ut est in quibusdam, scilicet, cum multis Sacer-
dotibus, quibus non est data haec potestas excludendi ab Ecclesia,
vel reconciliandi. Unde si etiam firmo sit de penitentia publica,
ut fuit olim in usu Ecclesiae, absolutio quae accedebat tali confes-
sioni per expleta opera satisfactoria, quibus tales penitentes subli-
ciebantur, post tempus praesertum erat tandem ipsa reconcilia-
tio per Sacramentum, & mox admissio ad communionem.

466 Tertio arguit, nam qui tenent, confessionem secretam non
esse de essentia Sacramenti, hanc opinionem sequuntur, ut defen-
dant, confessionem factam per litteras Confessario absenti valet;
at per Clementem VIII. anno Domini 1602. in Congregatione ge-
nerali Sanctae Romanae Ecclesiae, & universalis Inquisitionis dila-
ta fuit haec opinio, ut falsitate, & scilicet, & scilicet, ergo &c. Ratio
autem, propter quam confessio per litteras non est sacramentalis
ex Scoto l. c. est, quia omnis scriptura ex sua natura est publica,
quantumcumque enim aliquis conservet secretum apud se scriptum,
tamen ex quo mittit illud, vel per nuncium, vel per illum ad quem
mittitur, potest publicari, & semper ex sui natura est publici, qui-
cumque legenti quodcumque in eo continetur, ergo de ratione es-
sentiali Confessionis sacramentalis est, quod sit secreta.

Resp. si hoc argumentum valeret, sequeretur, nunquam licere
confessionem publicam non sacramentalem, quod est contra ipsi
Fabrum admittentem, talem confessionem in quibusdam casibus
esse licitam, & validam, est non sacramentalem, & contra Con-
cilium expressis declarans, quod licet talis confessio publica non
fuerit a Christo praeserta, non tamen fuit veritativa, in quibusdam
casibus esse licitam, & validam; Negatur itaque assumptum, quae in
E e vel

Ael major, quod scilicet tenentes, Confessionem secretum non esse de essentia hujus sacramenti, hanc opinionem sequantur, ut defendam, confessionem factam per litteras Confessario absenti esse validam, nam plures, & plures hanc opinionem sunt amplexi, qui nunquam approbatur, Confessionem per epistolam esse validam; Ratio autem, cur a Clemente VIII. confessio per litteras abrogata fuerit, non est, quia ex natura sua sit publica, & ratione publicitatis illicitam tunc confessio publica nunquam esset licita, & in nullo casu valida, quod est contra Trident. ubi non fuisse a Christo vetitam testatur, si penitentem eam voluntarie acceptet ex motivis ab ipso enumeratis; vetuit ergo Pontifex confessionem per litteras ob periculum publicitatis, quae contingere posset contra voluntatem se confitentis, & utique verum est, confessionem publicam coactam esse factam, & contra voluntatem penitentis esse in quocumque casu illicitam, & invalidam, & in hoc etiam sensu procedit ratio a Secoto assignata, cum confesso per litteras non sit valida, & sacramentalis, in proposito vero quando dicimus, confessionem publicam in aliquo casu esse posse licitam, & sacramentalem, non loquimur de Confessione publica contra intentionem, & voluntatem penitentis, sicut contingere potest de confessione per litteras facta, sed loquimur in sensu Concilii de confessione publica voluntarie assumpta a penitentibus. Accedit etiam, quod Confessio per litteras non fuit a Clemente Octavo abrogata contra rationem periculi publicitatis, quae contingere poterat contra intentionem penitentis, sed etiam ratione abolitionis in absentia datae, ut in superioribus aliquid est, contingere namque poterat, quod penitens postea abolitionem per scripturam reciperet a Confessario tunc temporis, quando de novo lapsus est in peccatum mortale, & per talem lapsum factus est incapax abolitionis sacramentalis.

467 Quarto arguit Faber, Sacerdos de jure divino tenetur ad sigillum Confessionis, ita quod sibi prohibetur ne peccata sibi detecta revelet, & ad forum publicum deducat, quod fieret, si ipse confessionem revelaret, ut inferius patebit ex Secoto 4. disp. 21. qu. 1. ergo esse secretum, est de essentia hujus sacramenti; Consequenter probatur, quia aliquo non esset contra rationem, & institutionem hujus sacramenti peccata sibi confessa ad forum externum deducere, sed esset propter aliquam aliam legem, vel naturam, vel Ecclesiam, quod tamen est falsum. Conf. sigillum oritur ex confessione sacramentali jure divino, sed non oritur ex confessione publica, ergo haec non est sacramentalis.

Resp. esse distinctum inter Doctores, an quando penitens coram aliis audientibus confiteatur, teneantur omnes ad sigillum, aliqui cum Suarez disp. 33. sect. 5, in universum affirmant, & aliqui negant, hos etiam obligari sigillo, Sed melius distinguendum est de duplici confessione publica, alia enim est per se talis, & de hac loquitur Trident. supra, ex qua intenditur edificatio aliorum, & Ecclesiae; alia vero est publica per accidens, quando quis ex necessitate confessionis apud Sacerdotem ob defectum linguae, vel aliud impedimentum ita confitetur Sacerdoti, ut licet intendat, quantum potest secretum, tamen per accidens ex impedimento praesenti peccata eius veniunt in notitiam alterius, ut interpretis, vel aliorum, qui non longe distant. Itaque si penitens tali modo publice ex necessitate confiteatur, quantum de se intendens soli sacerdoti sua manifestata peccata, sed quia ad sunt alii, qui recedere nequeunt in incendio vel naufragio, & aliis similibus casibus ut in tempore pestis, ideo se ab aliis audiri permittit; tunc quidem omnes audientes eodem sigillo tenentur, nam plane res est similis in his casibus, sicut in Confessione per Interpretem, & de his, qui casu audiunt alterius Confessionem, qui utique ad sigillum tenentur, sicut Confessarius ipse. Si autem confessio sit publica primo modo, quando scilicet, vult electione sua ad exercitium, humilitatis, & aliorum edificationis coram aliis confiteri, quo casu non solum ad Sacerdotem propria digne locutionem per modum Confessionis, sed etiam adstantes per modum humilitationis, & pie confusionis, tunc adstantes non ligantur sigillo, quia penitens ipse illis peccata sua manifestare intendit, quae manifestatio terminos Confessionis sacramentalis egreditur, quae ex natura sua ad solum Confessarium dirigitur. Et quia in tali casu Sacerdos peccata ejus non solum audit, tanquam Sacerdos, sed etiam tanquam unus destantibus, hac ratione participat illam eandem notitiam extra confessionem, quae proinde notitia sui sigillo non clauditur, quem dicendi modum sequuntur Coninchius disp. 9. n. 46. Lugus disp. 23. n. 39. Aversa qu. 28. sect. 5. com. 7. & alii Recentiores, juxta quam doctrinam sigillum oritur, non tantum ex confessione sacramentali secreta, sed etiam ex publica per accidens coram pluribus facta; haec enim confessio magis referatur ad abolitionem, quam prior, quae per se non tantum ad Confessarium dirigitur pro abolitione obtinenda, sed etiam ad alios ad exercitium humilitatis, & pie confusionis; adhuc tamen illa quoque sacramentalis esse non cessat, licet sigillum annexum non habeat, sicut in substantia, quia ad hoc sufficit, quod includat informationem Judicis in substantia, & cum intentione recipiendi abolitionem, sed solum cessat esse sacramentalis etiam quoad modum, quando obligat praecipuum supra dictum esse, quare argumentum hoc ex sigillo Confessionis deductum solum convincit,

confessionem publicam praesertim primi generis non esse sacramentalem quoad modum a Christo praecipuum, non tamen probat, quia solum in substantia in substantia ex ratione, quae ad Confessionem dirigitur, licet non ea ratione, quae dirigit ad alios, & sit publice coram aliis, hoc enim est impertinentius ad Sacramentum.

468 Quinto tandem alia quaedam argumenta adducit Hiquerus l. c. quae probate videntur ad confessionem sacramentalem requiri, quod fiat secreto, & quae proinde Poncius quoque (dissolvit l. c. Sed plane Hiquerus illis argumentis probare non intendit, confessionem publicam nullatenus esse sacramentalem, ut Faber iterum nititur, sed tantum non esse sacramentalem in rigore, & quoad modum, quoad Christo praecipuum est, & regulariter in Ecclesia exercetur, alioquin ipse quoque subsistit, esse sacramentalem in substantia ea ratione, quae includit informationem Judicis in substantia, & sit cum intentione recipiendi abolitionem a Sacerdote, ut patet ipsum legentis, & hoc est communior, & probabilior opinio, & magis in praxi, sicut praeteritis annis magna pietatis laude auditum est, erant penitentes Vesuvio monte ingentibus Flammas, & tota Civitate Neapolis crebris terrae motibus contremens, passim in viis, & templis plurimos gravitatis sua peccata coram quolibet obvio Sacerdote proclamasse abolitionem petendo, ut refert Aversa qu. 10. sect. 5. in fine. Imo quidam asserunt, contingere posse, ut penitens aliquando teneatur publice confiteri, quando in articulo mortis existens advertit, se non posse contritionis actum elicitae de gravibus peccatis, quorum alia nec directae, nec indirectae abolitionem obtinuit; tunc enim tenetur coram aliis confiteri, si confiteri nequeat in aliorum absentiam periculum animae jacturae fame, & aliorum bonorum externorum longae praerogatae, ita Casus, Reginaldus Nugnus, & Vasquez apud Bonacinam disp. 5. q. 5. sect. 2. p. 2. n. 23. tunc enim hoc certiori remedio propriam salutem procurare tenetur, ut jam diximus de confessione per interpretem qu. praeced. art. 2. n. 452. non quidem ex praecipuo divino positivo, sed ex praecipuo naturali charitatis erga seipsum confisus enim peccati mortalis, ac proinde certus de inimicitia Dei, & damnatione sui in evidenti mortis periculo tenetur ad divinam procurare amicitiam, & propriam salutem in tuto collocare, etiam cum jactura fame, & omnium bonorum temporalium, diligendum est enim Deus super omnia, & nihil prodest homini si universum mundum lucretur, anime vero fax detrimetur patiar, & quidem penitens tenetur id facere, etiam si contritionem habeat, sed dubiam, neque enim aeterna salus, vel divina amicitia huic dubio est committenda.

ARTICULUS TERTIUS.

Alia quaedam conditiones sacramentalis Confessionis examinantur.

469 Plures alias conditiones ad veram, & legitimam Confessionem requirit Theologi praesertim Morales recensere solent, & assignare, quorum sas tantum hic examinare intendimus, quae aliquam habent difficultatem; caeterae namque apud Summistas passim explicatae videri possunt.

Prima Difficultas est, An Confessio sacramentalis debeat necessario esse vocalis, sicut necessario sit facienda voce humana, & propria penitentis, quando impotentia non impedit, nam in tali casu certum est, & exploratum apud omnes, quantum ad substantiam sacramenti attinet, factis esse quaecumque expressionem per quaecumque signa sensibilia, & ita servatur in praxi, ut etiam in mutis, qui nutibus, vel aliis signis peccata sua exprimunt, errat possunt, impendatur absolutio, & similiter moribundis, qui non potentes loqui signa contritionis, & confessionis exhibent, ut supra dictum est qu. 16. art. 2. n. 446. igitur difficultas, an excluso casu impotentiae sit de necessitate, & obligatione praecipui confiteri per vocem. Communis Recentiorum sententia docet, adesse quidem gravem obligationem, sed quae rationabili causa excusari queat, nec quidem ex institutione hujus sacramenti, vel ex ullo praecipuo divino, vel Ecclesiastico tale obligationem haberi, sed tamen ex usu ipso, & ita loquendo in Confessionibus faciendis, & quia sacerdotes non permittentur aliter confiteri volentes, factis hanc obligationem fundari, quae supposita esse consequenter redderet etiam irrita, & invalida confessio facta. Addunt tamen hanc obligationem non esse talem, ac tantam, quae ex rationabili causa aliquam exceptionem, & excusationem non admittat. Et sufficienter ista praesertim censetur ad excusandum a confessione vocali, etiam excluso casu impotentiae, magna difficultas, vel nimia verendum in exprimendis peccatis commissis, si puella v. g. praenimio pudore non audeat sua peccata verbo proferre, sed facilius scripta legenda taderet, aut sit infirmus gutturate laborans, & cum difficultate loquens commotus scribere posset; cum enim talis obligatio confessionis vocalis sit solum ex consuetudine introducta, non est accipienda cum tanto rigore; ita Suarez, Vasquez, Becanus, Coninchius, Lugus, Layman, Diana, Fagundes, Fil lucius, Caspensis, Aversa, Stetanus, Gregorio, & alii Recentiores passim.

470 Probabilis tamen puto cum Fabro disp. 29. c. 2. Brancato disp. 20. q. 4. c. 5. & aliis Scottis, adesse praecipuum divinum confessionis vocalis nec erubescitiam excusare, sed solum impotentiam. Colligitur ex Secoto 4. d. 15. q. 1. c. 3. in fine, & d. 17. q. 1. in principio, & ex iura institutione vocalem, quia doctet esse actum externum, & ex iura ut accidit in mutis, quod fit difficultatem habet loquendi, ut accidit in balbutientibus, potest verba nutibus adjuvare, ut sufficienter possit Confessarius penitentis conceptum intelligere; Et hoc aperte habetur c. quem penitent de Penitentia dist. 1. illis verbis. Praecipit enim Dominus mandans, ut ostenderent oras sacerdotibus docens corporali praesentia confitenda peccata, non per numerum, nec per scriptum manifestanda, dixit enim, ora monstrate, erubescitiam enim vult timore offensus venia orimur. Ex hoc ergo Canone habemus, facere confessionem ore esse divinum praecipuum, nec erubescitiam excusare, haec enim confessio ex natura sua habet modum actus penitentis, praesertim confessionem, quae secundum usum humanum fit humana, atque ideo ex intrinseca sua ratione confessionem modo humano requirit, si naturalis impotentia id non impedit.

Conf. ex Conc. Flor. in decreto post ultimam sessionem ubi materiam hanc, penitentiam assignari dicit, esse ore confessionem, non quia haec sola, & universaliter sit confessio factam, sed quia regulariter, & ordinarie vocaliter fieri debet, quando naturalis impotentia non obstat, praeterquam nulla rationabilis causa occurrere potest, quae quis coram Sacerdote omittere possit, oris confessionem. Denique quod erubescitiam sola non sit sufficiens ad excusandum ab hujus praecipui observantia, convincitur ratione, quia major erubescitiam est, aliquid detegere secreta turpia, & propria peccata, quam modo tali, vel tali detegere, sed hoc non obstante Deus confessionem instituit, ergo necque obstante erubescitiam, quae ex vocali causatur confessione, dicendum est, Deum sic obligasse penitentes, quando vox suppedit. Consequenter de se patet, & enim Deus sacram. confessionem instituit, nullum habuit respectum ad pudorem ex eo causandum, neque respectum habuisse censendum ad verendum, ut ex modo vocalis confessionis; Et plane, ut bene dicitur Brancato nosse hoc, est hoc asseritur, facile invenitur maxima fidelium culpa, & praecipue puellarum, quae hac dispensatione uti vellet, cum enim notum non sit, cujus gradus, vel intentionis debeat esse pudor a tali praecipuo excusans, facillime cum sibi inesse existimabit, unde brevi tempore confessio vocalis non amplius elicit in usu.

471 Secunda Difficultas est, An confessio sit vera sacram. & valida si fiat per scripturam praesentis Ministri, & hic non loquitur de obligatione, & praecipuo confitendi per scripturam, quando non potest voce, nam de hoc sufficienter dictum est qu. 16. art. 2. sed fermo est de validitate confessionis factae, & sensus est, an confessio facta per scripturam, quod legitur a Sacerdote praesente, sit contra Christi institutionem, & ideo nulla & invalida. Dicendum est, praesertim quando vocaliter fieri nequit, ita Scotus dist. 17. c. 1. in fine, & probatur, quia Christus confessionem instituit ad alium non voluit, nisi quod homo aliquod signum sensibile faceret, quo sua peccata manifestaret submitterendo se Sacerdoti, unde dictum est supra qu. 16. art. 2. n. 448. materiam hujus sacram. non esse unam in specie, sicut est aqua in baptismo, sed esse unam unitate genericam, quia est manifestatio peccatorum per aliquod signum sensibile, ita hoc fit vox, sive scriptum, sive nutus, sed per scriptum hoc totum habetur, quia per hoc sua manifestat Sacerdoti delicta, & se illi submittere, ergo & tunc autem elicit invalida confessio, quando Christus decrevit, sola vocalem confessionem esse signum sacramentale.

Confirmatur, quia si confessio per scriptum Ministri praesentis elicit invalida, vel hoc esset, quia regulariter vocalis in Ecclesia est in usu, & c. quem penitent dist. 1. dicitur, confessionem non debet scripto fieri, sed hoc non obstat, quia Ecclesia permittit, ut mutus, vel moribundus, aut alio simili morbo corripes per scriptum, vel per nutum confiteatur, & in cap. c. vult non heri licet, nisi adit necessitas, cum ergo ipsa nequeat materiam sacramentalem facere, signum est, dum hac utitur confessione, ipsam quoque sub Christi institutione contineri. Vel hoc esset, quia per ipsam tollitur pudor, & verendum, quae est poena a Christo intentata in confessione, at neque etiam id obstat, quia esse in absentia Ministri tolleretur, & invalida verendum; cum tamen scriptum in praesentia illius legitur, minime hac tollitur, vel notabiliter minuitur, cum quilibet pudeat de suis occultis delictis, quae alter in sua praesentia legit. Vel hoc esset, quia absolutio nequit valide, nisi per verba confiteri; Et neque id obstat, nam de abolitione hoc constat ex Ecclesiae doctrina, & traditione, de confessione vero constat oppositum. Vel tandem hoc esset, quia confessio per scriptum vetita est ab Ecclesia, ut invalida, & illicita, & neque hoc obstat, quia id intelligendum est de confessione per scriptum facta in absentia Sacerdotis, non in eius praesentia, ac etiam modo paulo post explicando.

472 Dices, vel Christus instituit confessionem in signum, & c. in Quarta Sententia.

sacramentale habuit in mente pro objecto vocalem, & scriptam, vel non; si secundum, ergo nullus unquam potest uti scripta; si primus, ergo indifferenter quilibet potest uti scripta, sicut vocali, cum equaliter a Christo in signum sacramentale sit reputata. Faber loc. cit. concedit, confessionem aliquo modo fieri posse scripto, & nutibus etiam ab eo, qui potest loqui, & voce humana uti, si penitens nimirum ad locum Confessionis accedens, & exponens, se velle confiteri, & habere peccata sua scripta in tali scriptura, quam ei legendam offert, & ipse humiliter abolitionem expectat, hanc inquam, confessionem putat, validam esse, quia est accusatio sufficiens, & est actus personalis, si quidem adest praesens, & jam a principio significavit, se illa peccata fecisse. Hoc tamen non consequenter dicitur ad ea, quae cum ipso docuimus Difficultate praecedenti, nimirum confessionem vocalem esse ex divino praecipuo, quando non adit naturalis impotentia loquendi, vel aliud consimile impedimentum, nec praeter istam occurrere posse aliquam rationabilem causam, quae quis coram Sacerdote oris confessionem omittere possit, & uti scripto, vel aliis signis. Quare magis consequenter ad dicta respondendum est, quod quando Christus confessionem instituit in signum sacram. habuit pro objecto talis institutionis, aliquod signum sensibile, quo homo peccata sua Sacerdoti manifestaret, abstrahendo a voce, scripto, nutibus, & aliis signis ad humanos conceptos existimendos idoneis, cum hoc discernit tametsi vocalis confessio semper esset in usu, & regulari modus confitendi, scripta vero, & per nutus in casibus dumtaxat necessitatis in quibus nimirum vox non suppetat, unde cum hoc proveniat, ita etiam sentitur Suar disp. 21. sect. 3. Vasquez qu. 91. art. 3. dub. 4. Unde non omnino approbo, licet sua probabilitate non careat, quod docet Lugus disp. 15. sect. 5. n. 80. sufficienter debito suo satis fecerit penitentem etiam voce pollutem, quia data prius scriptura Sacerdoti, quod legitur, in qua continetur peccata, post illa lectam subjungit per voces, de his omnibus me, accuso, quia jam ore confitetur, quantum satis est, neque, enim necessarium videtur, inquit, quod per voces intelli sacram. explicet omnino peccatum. Hoc inquam, omnino approbare non possum, quia nulli dubium est, penitentem magis verendum ibi peccata sua per voces explicando, quam per scripturam; enim fert commune adagium, littera non erubescit, cum ergo verendum sit poena a Christo intentata in hujus sacramenti institutione, haec non est minuenda, si si nulla adest necessitas, ut est in casu proprio.

473 Tertia Difficultas est, An confessio per scripturam in absentia Sacerdotis sit valida, & sacramentalis. Communis sententia negat, nedum esse validam, & sacramentalem, sed asserit etiam, esse illicitam ex decreto Clementis VIII. Constitutione 87. per quam expresse prohibet confessionem factam per litteras Sacerdoti absentis, & declarat, illicitam Recentes omnes post tale decretum a Sede Apostolica emanata, ac etiam Scotti omnes idem affirmant, etiam ante tale decretum, quia Scotus 4. dist. 17. qu. 11. c. 1. circa finem expresse docet, confessionem per scripturam absentis Sacerdote non valere. Hac tamen difficultas non ita absolute debet, sed iuxta doctrinam superius assignatam, q. 12. art. 2. n. 367. nempe adhuc tali Constitutione non obstante validum esse sacram. si penitens per litteras peccata sua Confessario mittat, & postea in praesentia ejusdem dicat, se de omnibus illis, quae scripsit, accusare, & ab eodem Confessario abolitionem in praesentia obtineat, supponendo tamen, quod talem confessionem per scripturam fecerit in casu aliquo, cuius necessitatis, nam extra talem casum confessio nec valida, nec licita foret, ita inquit Doctor loc. cit. dum inquit cum Gl. validam esse confessionem per scripturam, dum modo postea abolitionem obtineat in praesentia Sacerdotis, quod etiam tenent Valentia, Suarez, Henriquez, Nugnus, Amicus, Bonacina, & alii Recentiores ibi supra citati, quia in tali casu tamen absolutio, quam confessio fieri debet in praesentia penitentis, & Confessarii, siquidem penitens in tali casu cum dolore integre se accusat de peccatis commissis, jam per scripturam Confessario manifestatis, Quare dicebamus loc. cit. propositione Pontificis in allato decreto inserta, non licere per litteras Confessario absentis peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente abolitionem obtinere, intelligenda esse conjunctive, ut nimirum non liceat per litteras simul confiteri, & absolvi, non autem distinctively quoad confessionem dumtaxat. Ratio est, quia aliud est loqui de confessione, aliud vero de abolitione, haec enim ad certa quaedam verba limitata est, quae requirit penitentis praesentiam, ac proinde non nisi proprio Sacerdotis verbo valide impedi potest atque confessio ex sui institutione ad certa verba non limitatur, quae confitentis, & audientis praesentiam requirunt, unde fieri potest per nutus, per scriptum, & per Interpretem, quando urget necessitatis causa; Congruentia vero hujus institutionis fit, quia multa plures cauae poterant penitentem impedire a vocali Confessione in praesentia Sacerdotis, quam Sacerdotem a vocali abolitione in praesentia penitentis, ut loc. cit. declaratam est.

474 Sed Becanus cap. 27. q. 8. hanc declarationem non admittit verborum, Constitutionis allatae, quod debet intelligi conjunctive, non autem distinctively quoad Confessionem dumtaxat, quasi illud prius per se non sit damnatum a Pontifice, sed quatenus consistit cum posteriore, scilicet, abolitione, quae absenti nullatenus con-

